



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

VI. Peccata grauia secularis communitatis, scilicet Collegij, Vniuersitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

priam causam alieno tribunali addixi, cum iuste aliquid mihi precipiebatur, aut iusta animaverfione afficiebat: Privilegiis graubus Ordinis renunciaui: Eques vel Sacerdos, seu Commendatarius admonitus defensioni Ordinis contra Obedientiae praecipuum operam non impendi: votum coniugalis castitatis violauit: Religiosus quidem, sed non coniugatus quodlibet graue contra votum perpetravi: vxorem absque licentia, ac sine epikeia duxi, scandalo, aut inconuenienti graui oborto: vouens paupertatem, obseruandi voti non habui intentionem: annis singulis bonorum patrimonialium, quae possideo, inuentarium Magistro Ordinis non praesentauit, aut praesentari curauit: Prouinciae Priori mei Commendati decimas non persolui: Frater contra praecipuum Obedientiae processioni Corporis CHRISTI non interfui: (modò non sit vsu abrogatum:) Duellum Eques admisi: violentas manus cuiilibet aut Equiti, aut Clerico S. Iacobi, Alcantarae, Calatrauae, aut Montefae imposui: Commendatarius, seu Commendati administrator cum sim, ex Ordinis intentione ter in anno elemosynam non feci: Privilegiorum receptor, aut Commendatarius instrumenta publica non recepi, & custodiui contra Obedientiae praecipuum

101165.

CAPVT VI.

De Peccatis Mortalibus secularis Communitatis, scilicet Collegij, Vniuersitatis, &c.

24. **Q**uanam graua crimina Togatorum, seu Collegij alumnorum secularis? Cognoscens me statuti Collegij requisitas qualitates non habere, scienter togam consequi curauit, Collegium iniit: vt admitterer titulo paupertatis, bonis renunciaui, quae possidebam cum recuperationis pacto: subornationibus vsus sum iniuste ad cathedrae consecutionem, non quidem ad iniustam vim, seu vexationem propulandam: graue intuli bonis, quae administro, damnum: in oppositionibus falsa, aut leuia quidem, quae Cathedram oppositores amiserunt, eis imputaui: vt ad me allicerem auditores, alterius Magistri aut oppositoris defectus falso euulgaui, aut veros celandos aperui: ex oppositoribus Collegij minus dignum, & idoneum admisi, vt Nationis consulerem af-

§. I. Togatorum pra-

fectui, eo reiecto, cui ex iustitia toga debebatur: cum scandalo foui Nationum discordias: alicuius prouocauit, ut contrariis, eorumque patronis iniustitiam inferrent: aliquid contra iuramentum praestitum gessi, aut contra statutum poenam: elegi ad togam indignum planè: in animi preparatione adfui, ut uouerem contra aduersae ditionis votum iustum, vel iniustum: curauit fieri statuta bono communi aduersantia ob commoditatem propriam: Capellae secreta contra iuramentum aperui *toties.*

§. 2. *Magistrorum.* 25. *Quid si Magisterio fruuntur?* Docturus alios nimis me desidem exhibui circa literarum studium, unde graue discipulis damnum obortum: in discipulorum conspectu scandalosè degi, prauis quidem actionibus meis in discipulorum effrenationem influentibus *toties.*

§. 3. *Scholasticorum.* *Quandònam Scholasticus grauitè delinquit?* Cum iuramento discursus alterius aut falsò, aut non cum bona fide confirmaui: postquam fui matriculae addictus, iuramento exhibito Rectori non obtemperauit, cum sub poena praestitum imperaret: omnino ab studio recessi paternorum bonorum dissipator: suffragium vendidi iustum: iniuste suffragium adhibui non merito, aut merito quidem, sed plus merito relicto oppositore *toties.*

CAPVT VII.

De Peccatis grauibz Regiminis Vrbiunz.

§. 1. *Magistratum praxis.* 26. *Quanam sunt grauia Pratoris, aut Magistratus criminali?* Publica officia sine auctoritate vendidi: magna munera à ministris Reipublicae accepi: indignis officia publica in damnum commune contuli: deses nimium fui circa ministrorum correctionem, ne iniustitia pauperibus inferretur: non praecauit aut assistentia, aut commissione, ne officinis publicis scandala, rixae, homicidia exorirentur: pretia ciborum non moderaui, aut corruptos cibos non reprobauit graue quidem damnum illaturos: carcerem non inuisi, ut grauis vexatio uinctis non adderetur ob lucrum Praepositi, peccataque propulsarentur, ablegatis mulierculis, &c. Omisi etiam inuisere publica hospitia, ubi mulieres profligatae assolent habitationem grauisimo incommodo collocare: ex Vrbe non deturbauit vagos inferentes Reipublicae nocumentum: peccata